

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus
Grammatico-Criticus Et Archæologicus**

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput vigesimum secundum. De poetica veterum Francorum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1559>

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

De Poetica veterum Francorum

I. **Q**UI poëticam *Francorum* veterum scire velit, carminumque genera, quæ apud illos in usu fuerunt, in Grammaticæ *Anglo-Saxonice* capite xxiii. quæ scriptimus, ei imprimis legenda sunt. Etenim in isto capite de metro, de rhythmo carminum *Anglo-Saxoniconrum*, & de eis etiam, quæ *Anglo-Saxonum* carminibus accident, fuse tractavimus. Quibus omnibus, poëticam *Francorum* qui discere cupiunt, eamque recte intelligere, tanquam necessariis quibusdam, quæ præcognoscenda sunt, ut diligenter studeant, illis auctor esse velim. Præsertim quæ in capitib; istius r. ix, & x. de metro, rhythmo, & pseudo-rhythmo tradidimus, iis animos intendant poëticas *Francorum* studiosi. Poemata enim veterum *Francorum* vel *rhythmica* sunt, vel *pseudo-rhythmica*. Rhythmica dico, in quibus non tantum quantitas & mensura syllabarum, quæ pedes faciunt, carminaque à prosâ scriptis distinguunt, habetur; sed in quibus etiam est apta pedum constitutio, & proportio, cum numerorum, & temporum harmonia, quæ venustrum, & concinnum carmen reddunt, ejusque incessum adeo decorum etiam faciunt, ut carmen esse, vel non prænoscens esse carmen, statim ac legitur, ex venusta partium symmetriâ, & concinno ejus motu sentiatur. Ex adverso *pseudo-rhythmica* sunt, in quibus certus, & definitus syllabarum numerus sine syllabarum quantitate observatur, & in quibus etiam rhythmi defectus ὥμιοτελέντως similiter desinentibus sonis, quos *rimas* Angli appellant, quodam modo, suppletur & resarcitur. Prioris generis carmina omnia ea sunt, quæ in Gramm. *Anglo-Sax.* cap. xxiii. ex Genesæ paraphrasi, fragmento *Judith*, Versibus Boethii ab Aluredo rege metrice versis, & libro Bibliothecæ Cottonianæ, cuius nota *Caligula*, A. vii. 1. in quo res à *Jeſu Christo* gestæ in lingua *Francica* metrice describuntur, ut alia præteream, quæ in isto capite aliunde in doctorum conspectum producuntur. Posterioris autem generis sunt universa, quæ ex bibliothecis nostris *Semi-Saxonice*, & *Dano-Saxonice* scripta in ejusdem Grammatices capite xxiv proferuntur, quæ poematum *Francicorum* genium, versuumque, ex quibus constant, structuram, & strophas investigare studentibus, tanquam ea quæ maxime profutura sunt, ut commendarem etiam faciendum mihi putavi.

II. A *Philo-Teutone* etiam, quæ *de dialecto poetica* capite xxi. traduntur, diligenter legenda sunt, ut carminum *Francicorum*, eorum maxime, quæ *rhythmice* conduntur, doctrinam & intelligentiam facilius assequatur. Quibus tandem munitus arduum istud poematum rhythmicorum genus, eorumque difficultates, quibus in poëtica dialecto conflictandum erit, cum minori multo operâ superabit, & perrumpet.

III. Unicum autem, quod scio, poema rhythmicum *Francicè* scriptum extat, nempe aureum istud Bibliothecæ Cottonianæ, in quo quasi in evangelio harmonico, res à *Jeſu Salvatore* gestæ traduntur. Hujus poematis nonnulla Latine à nobis translata dedimus Grammaticæ *Anglo-Saxonice*, cap. xxiii. Et ne vel instituto nostro, vel antiquissimæ & nobilissimæ Germanorum Gentí, è qua maxima ex parte oriundi nostri sunt, deesse videar, alia ex eo Latine etiam versa sine punctis tamen metricis, quibus in continuæ scripturæ poematis versus distinguui solent, in hoc capite danda censemus. Eheu, inquam, sine punctis metricis, quibus exemplar tameſi *Anglo-Saxonis* alicujus manu, ut videtur, descriptum, carens, causa est, quod poētos ratio, quæ versibus interpunctione metrica divisis maxime se ostendit, in iis quæ subsequuntur, non exhibetur.

Lucæ Cap. I. Fuit autem in diebus Herodis Regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, &c.

1. Than uuafþar en ȝigamalð mann, that uuaf fruob ȝomo, habba ferehtan hugi. pas fan them liudeon Leuiſi Cunnas Jacobas sumeaf ȝuodero ȝiebo, Zacharias uuaf hie hetan, that uuaf so falig man, huand hie simblon ȝerno ȝode ȝtheonoba, uuarahta æfter is uuilleon. deda is uuib so selu, uuaf iru ȝialdrob idis. ni muosta im erþiuward an iro luguthedbi ȝibithig uuertthan. libdun im far uteſ laſter uuaruhtun lof ȝoda, uuarun so ȝihoriga heban cuning, diuriðan usan brohtin, ni uueldun verbeas uuicht under mancunnie menef ȝifrumean, ne sacane fundea.

1. In illo tempore quidam senex erat qui fuit vir sapiens, habens mentem religiosam. Erat ex populi Leuitico tribu (i. e. sacerdos) & ex cujusdam Jacobi honesta gente, Zacharias vocatus erat, & beatissimus fuit, ut qui semper deo diligenter serviens, mandata ejus faciebat. Beata ejus uxor ita etiam faciebat, valde annosa mulier. Dum autem Juvenes essent, non assequi potuerunt heredem, et si sine labe coluerunt deum, & cœlorum regi tam obedientes fuerunt, & glorificarunt dominum nostrum, nolentes inter homines, quid piculi, vel quicquam quo accusari possent, perpetrare.

C C

2. Uuas

2. Uuafim tho an sorogon hugi, that sea erbi-
uuard egan ni muostun. Ac uuarun im barnolos.

3. Than scolda hie gibod godes thar an Hierusalem, so oft so is gengengi giswod that ina torohlico tidi gimanobun, so scolda hie at them uiuhe uualbandel geld helag bihuereban heban cuninges. godes Jungersepi gern uuas hie Suitho that hie thuru ferahtan hugi frem-mean muost.

4. Thuo uuarth thiū tib cuman, the thar gitald habdun uuifa man mid uuordun, that scolda thena uiuh godas Zacharias bisehan. thuo uuarth thar gitamnab filo thar ti Hierusalem Iudeo Liubo uuerodes te them uiuhe thar sea uual-band god surthe, thulica thiggean scoldun her on is huldi, that sea heban cuning lethas alieti.

5. The hudi stuodun unbi that helaga huf, endi gieng im thiē gierobo man an thena uiuh innan. that uuerod oder bed umbi thena alah utan Hebreo hudi, huan er thiē fruodo man gitfrumid habdi uualbandes uuilleon. So hie thuo thena uiurog brog alb after them alahe, endi umbi thena altari gieng mid is rokfaton rikeon theonon frumida ferehtlico frohon linas godes Jungersepi gerno Suitho midi hlutro hugiu, so man herren scal georno fulgangan: gurio quamun im egison an them alahe, hie gitah thar after thiū enna Engil godes an them uiuhe innan hie sprak him mid is uuordon tuo. hiet that fruob gumo forohi ni uuari; hiet that hie him ni andriede. thina dadi sind, quat hie, uualbande uuertha, endi thin uuorb so self. thin theonost is im anthanke, that thu sulica gitthaht habes an is enes craft. ik is engil beon. Gabriel biun ik hetan thiē io for Gode standu anduuard for them alouualben, nesi that hie me an is arundi huarod sendean uillie.

6. Nu hiet hi mi an thesan sid faran. Hiet that ik thi thoh gitudti that thi kind giboran fan thinera albera ibis odan scoldi uuerthan an thesaro uueroldi, uuordon spahi, that ni scal an is libe gio lithes abitan uuines an is uueroldi. so habit im uurd giscapu metod gimar-cob, endi maht godes. hiet that ik thi thoh sagbi that it scoldi gitith uuesan beban Cuninges; hiet that git hielbin uuel tugin thuru treuua. Quad that hie im tyreas so filo an godes rikea forgebān uuoldi.

6. Hie quat that thi guobo gumo Jo-hanne te Naman hebbean scoldi. gibud that git hietin so that kind, than it quam. quad that it Cristes gesith an thisero uiudun uuerold uuerthan scolde si selfes sunies, endi quad, that sea snumo herod an is gibodscope bethia quam.

7. Zacharias thuo gimalda, endi uiid selba sprak drohtinef Engil, endi im therio dabo bigan uuordun therio uuorbo. huo mag that giuerthan so, quat hie, after an albre. it is unc al ti lat so te giuinnanne so thu midi thinon uuordon sprikis, huanx uuit habdun albre er ef no tuentig uuintro an uncro uueroldi, er than quam that uiub ti mi. than uuarun uuit nu at famne at siounta uuintro gibenkeon endi gibeddeon, si thor ik sea mite brudi gicos.

2. Sed animis contristati erant, quod baredem adipisci non potuerunt, sed liberorum orbi fuerunt.

3. Quoties vero cunque requireret ordo vici suæ, quam tempora fulgentia (calendarii nempe rubricæ) designabant, toties secundum statutum divinum ad Sanctuarium Dei, Templum Sacrum Hierosolymitanum, illi proficiscendum erat, qui valde studiosus erat, ut cum religiosa mente dei ministerio fungeretur.

4. Cum vero ventum esset tempus istud in quo prophetæ prædicterant à Zacharia templum dei videndum esse, tum Hierosolymis in Sanctuario convenerunt Judæorum ingens multitudo, ut Domino Deo humillimè pro misericordia sua supplicarent, ut ille Rex cœlorum peccata eorum dimitteret.

5. Populo autem circumstante domum sacram, templum intrabat reverendus ille vir. Coetus etiam ille populi Hebræi extrâ circa templum usque expectabat, dum quod præceptum à deo erat, senex esset executus. Dum autem thure templum fumigaret vetulus, aramque circuiret thuribulum, vas pretiosum gestans, puraque cum mente religiosus dei domini sui ministerium tam diligenter functus quam quis mortalium hero suo servire posse, horror in Basilica eum invadit protinus ut vidit angelum dei infra templum, qui eum voce sua allocutus, sic dixit. Scilicet, jussit ne paveret, aut ab illo metueret. Quæ locutus es, inquit, pariter, ac quæ fecisti, officio tuo fungens, deo digna sunt. Ministerium tuum illi gratum est, propterea quod spem talam reponis in ejus solius virtute. Ego sum angelus ejus, qui Gabriel sum vocatus, quique semper adsto coram Deo, in ipsius omnipotentis conspectu, nisi me interdum mandata ejus perferentem aliquò mittere placeat.

6. Modo mibi imperavit hoc iter suscipere, in mandatis dans, ut tibi dicerem quod à vetula tua conjugé pariendus tibi filius esset, & in hoc mundo educandus, & ut verbis nuntiarem illum, dum vivaret, neque siceram gustaturum, neque vinum in mundo hoc bibiturum. Et enim sic immutabile decretum, inquit, sic creator omnium, sic potentia dei statuerunt. Jussit etiam ut tibi enuntiarerem illum fore Cœli regis Comitem, quod, etiam jussit, ut vera fide valentes crederetis, aiens, se illi in regno dei tantam dominationem daturum.

6. Dixit etiam inquit quod bonus ille vir Jo-hannem nomen haberet & ambobus vestri mandat puerum istum, quam primum natus fuerit, sic vocare. Præterea dixit, quod Messiae, suspensus filii per latum hunc terrarum orbem socius foret, & quod eorum ambo ad ejus mandata exequenda, hic brevi venirent.

7. Tum Zacharias locutus est, & domini Angelo ipsi respondit. Quomodo hoc possibile, ait, postquam in senectâ processimus. Id quidem obtinere, quod tu verbis tuis sic locutus es, nobis ambobus plane per annos non jam licet, siquidem xx annos nos ambo pares habuerimus, ante quam à me duxta erat illa mulier. Et ex eo tempore quo mibi eam elegi sponsam per Septuaginta integros annos mensa & thoro con-vivimus.

8. So uuit an uncro iuguthi gigernean ni mahtun, that uuit erðiuuardigan muostin fuordan an uncon flettea: nu uuit sus ge-fruobat sind; habit unc elbi binoman ellean dabi; that uuit sind an unero sium gislekis, endi an unkong sidon lat flesk is unc afallan, fel unsconi, is unca lub gelithan, lik gibrusi. not sind unca anðbari, oðar-lícon muod endi megin-craft, so uuit iu so managan dag uuarrun an thesaro uueroldi: so mi thes uundur thunkit, hu ic so giuerthan mugi, so thu mid thinon uuordon sprikis.

9. Thuo uuarth that heban Cuningas bo-
don harm an is muode, that hie is giuerkes
so uuordan scolba, endi that ni uuelda giug-
gean, that ina mahti god, so ala lungan so hie
fan erist uuaf selbo, giuerkean ef hie so uueldi.

10. Scerida him thuo te uurtie that hie
ni mahta enig uuord gisprekean gímahlean
mid is muthu, er than thi magu uurdit fan
thinero aldero idis erl afuodit, kind iung
giboran Cunneal guodes uuanom te thesaro
uueroldi.

Angelus Gabriel missus ad B. Virginem Mariam Josepho despontatam.

1. Thuo ni uwas lang after thiui ne ic allso
gilestid uuarth, so hie mancunnea managa hu-
la god almaliti forgeban habba, that hie is hi-
milisk barn herod ti uuoroldi il seibes suno sen-
dean uuolba, te thiui that hie hier alosbi alliud
stamna uuorod fon uurtie.

2. Uuarth is uuis-bodo an Galilea land Ga-
briel cuman, engil thes aluualban, thar hie ena
idis uuissta munelica magat, Maria uwas sou-
hetan.

3. Uua iro thiorna gitirgan, sia en thegan
habba Ioseph gímahlis guodes cunneal man-
thia dauidel dohtor, that uua diurlic uui
idis anbheti.

4. Thar sia the engil Godes a Nazareth burg
bi namen selbo gruotta gegun uuardi, endi sia
fan Gode quæda. Hel uuis thu Maria. quat hie,
thu bist thinon herron lief uualandi uuirthig,
huand thu giuuit habi idis enstio ful. thu
scealt furi allon uuesan uirbon giuuhid. ni habi
uekean hugi ni forohi thu thinon ferahe. ni
quam ik thi te enig freson derod. Ne dragu
ik eni drugi thing. thu scealt uses brihtnes
uuesan modor mid mannon, endi scalt thena
magu fuodean, thes hohem himil cuningessuno,
thie scil Heland te naman egan mid eldon, en-
di ni cumit thes uuiden rikies giuuad, thes hi
giuualban scil mari thioban.

5. Thuo sprak im thiui magat angegin uuid
thena Engil, Godes idiso sconioft, ellero uui
uulitigost. huo mag that giuerthan so, quat
sia, that ik magu fuodie, ne ik gio mannes ni
uuarth uuis an minero uuerold.

6. Thuo habba eft his uuord garo engil thes
aluualben theri idesi tegegenes. An thi scil he-
lag gaft fan hebanuange cuman thuru craft
Godes, tha nan scil thi kind oban uuerthan an

8. Quamobrem cum in nostra juventute prome-
reri non potuerimus nos duo ut filium in thalamo
nostro procrearemus, jam nunc cum in aetate tam
proiecti ambo sumus; cum nobis (liberis operam
dandi) virtutem adeo abstulit senectus, ut nobis
genæ depresso, & complanata sint; cum in lateri-
bus utriusque nostri [succulenta, quæ pridem exta-
bat] serotina caro lapsa sit; cutisque facta defor-
mis; cum vox utriusque nostri langueat; & cor-
pora labascant; cum nostru neutri, qui in hoc mun-
do tam diu sumus versati, neque fecunditas ne-
que appetitus, virtusve ad suscipiendos liberos uti-
lis, ullus est, de hoc, quod voce tua dixisti, non pos-
sum quin mirer, quo modo nempe fieri potest.

9. Tum Cœlestis Regis legatus animo contristatus
de hoc erat, quod Zacharias de illo ejus negotio du-
bitans adeo miraretur, & quod cum animo suo re-
putare nollet deum, qui idem erat, qui ab initio
semper fuit, id, si vellet, posse facere.

10. Quamobrem hoc in eum [incredulitatis] sup-
plicium inflxit: nempe, quod non prius verbum
aliquid polleret dicere, & cum ore suo sermocinari,
quam à vetula ejus uxore decreto pareretur ille
puerulus, & infantulus ille nobilis prosapia, bunc
in mundum nasceretur.

Angelus Gabriel missus ad B. Virginem Mariam Josepho despontatam.

1. Ab hoc non diu erat, antequam Deo omni-
potenti placuit, prorsus ut humano generi saepe fi-
dem dederat, Cœlestem infantem sui ipsius filium
in hunc mundum mittere, ut hic omnem, qui ser-
monis usum habet, cœtum [omnem humanam
gentem] à supplicio redimeret.

2. Venit igitur scientissimus ejus nuntius, omni-
potentis angelus Gabriel in regionem Galileam:
ubi fœminam, quæ Maria dicta erat, monialem
[i. e. puram] Virginem visit.

3. Erat ea virgo adulta, quam nobilis qui-
dam Josephus generis vir despontaver-
rat, ut quæ Davidis filia esset, mulier illustris,
& fœmina devota.

4. Hanc in urbe, quæ vocatur Nazareth, ex ad-
verso stans ipse Dei Angelus salutabat, & ad eam,
deo auctore, sic dixit, inquiens, Ave Maria, tu es
domino tuo dilecta, domino dominantium digna, quo-
nam sapiens es. Tu, o virgo gratiae plena! præ
omnibus mulieribus benedicta eris. Ne sis jam in-
firmo animo, neque de vita tua poveas; non enim
tibi adventus meus alicuiu nōumento erit, neque
fero ego nuntium ullum mæstum. Tu enim do-
mini nostri inter homines mater eris. Tu paries
puerum illum excelsum Cœlorum Regis filium, qui
Jesus ab hominibus vocabitur, & imperii ejus
amplissimi, cuius illustris dominus erit, non ven-
turus est finis.

5. Tum Angelo Dei respondit virginum for-
mosissima, omnium mulierum maxime speciosa,
dicens, quomodo potest fieri, ut ego puerum pa-
riam, quæ nondum virum cognovi?

6. Tum respondit paratum habens omnipo-
tentis angelus, ad virginem replicuit. Spiritus
sanctus ab æthereis campus in te per potentiam
divinam superveniet, cuius ope infans tibi natu-

GRAMMATICA

104.

thesaro uuerolbi. uualbandes craft scal thi fan them hohoston heban cuningē scadorean mid Scimon, ni uuarth sconera giburd ni so mari mid mannon, huand siu cumit thuru maht Gobel an thefan uuirdun uuerolbi.

7. Thuo uuarth thos uuibeshugi after them arunde all gihuorban an Gobel uulleon, than ik hier garu standu, quat siu, te fulicon ambahtscipie so he mi egan uiali thiuuaa biun ik thied-Gobel, nu ik thos thinges getruon. uuerthe mi after thinon uuordon, allso is uilleosi herren minef. Nis mi hugi twifi ne uuord ne uuifa. so gifrafn ik that that uuih antfieng that Gobel arunde gerno surho middleohtu hugi, endi mid lobon guodon, endi mid hluttron treuon.

erit. Domini virtus ab alissimo Cælo hic te cum splendore inumbravit, neque inter homines partus fuit, aut pulchrior, aut illustrior, ut qui per virtutem dei in hunc mundum venturus est.

7. Tum mentem in ea, quæ in Dei nomine dicta erant, convertens mulier sic dicit: ad exequendum tale munus, & ministerium, quale me exequi vult Deus parata hic sto, quæ Dei patrii ancilla sum. Nam enim quod nuntiaisti, credo, fiat que mibi secundum verbum tuum, atque prorsus ut domino meo placet. Non enim amplius mibi dubitat animus sive de re, sive de modo. Sic tandem, ut resciri, mulier illa dei nuntium valde amplexa est cum mente clara, bona cum fide, & cum dubitationis pura fiducia.

Johannes Baptizat Christum.

1. Bethania barn Israheles. quamun thar ti Manag samnoba thar ti lohanese cuningō gesithof liuti ti lerun, endi iro gilobon anthengun. hie dopiba sia dagó gihulikes endi im iro dabi luog urethero uulleon, endi loboda im uuord Gobel herra fines heban-rikes.

2. Uuirthit, quat hie, garo gumono sohuem so ti gode thenkit, endi an thena uiali hluttro gilobean lesteian is lera.

3. Thuo ni uuas lang ti thiu that him fan Galilea giuuet Gobel egan barn, diurlic drohtines sunu dopi suocean. Uuas im thuo an is uuastme uualbandes barn allso hie mid therero thiedo thritig habbi uuintro an is uuerolbi.

4. Thuo hie an is uulleon, thar Iohannes an Iordanastrome allan langan dag liudi managa dopti diurlico, Reht so thuo is drohtin gilah holdan herron so uuarth im is hugi bliði.

5. Thes im thie uuillo gisstuob, end sprak im thuo mid is uuordon to surho guod zumo Iohannes te Criste. Nu cumis thu te minero dopi drohtin fromin thied-gumo best, so scolda ik te thinero duan, huand thu bist allero Cuningō craftigost.

6. Crist felbo gibot uualband uuarlico that hie ni spraki therero uuordo than mer. uesti thu that us gisrit, quat hie, allaro rehto gihulik ti gisfullanne for uuerdes nu on godes uuillon. Iohannes stuob dopta allan dag druh folc mikil uuerod an uuatere, endi oc uualband Crist herren heban Cuning handon sinon an allero bethuo them beston, endi im thar te bedu gihneq an kneo.

7. Craftig Crist up giuuet fagar fan them flode fridu barn Gobel, liof liudeo uuard. So hie thuo that land of stuop, so anthlidun thuo himiles duru, endi quam the helogo gest fan them aluualdan obona te Criste. uual im angelicenne lungras fugles diurlicaro dusun, endi sat im uppan usles drohtines ahsla, uonoda im ober them uualbandes barne, after quam thar uuord fan himile blud fan them hohon rabore endi gruotta thena helend seljon Crist allaro Cuningō beston, quat that hie ina gicorana habbi selbi fan sinon rikea;

1. Multi istuc in Bethania convenerunt filii Israelis, multi regum comites, multi è populo, ut instituerentur, ad Iohannem venerunt, quos fidem suam confessos, quotidie baptizabant, & ab eorum facinoribus purgabat, dominique sui, Cælorum Regis verbum commendabant.

2. Paratus enim, inquit, ille est omni homini, qui deo cogitat, in eumque vult sincere credere, & doctrinam ejus implere.

3. Quibus utique dictis, non diu erat, cum ad baptismum petendum è Galilæa profectus est proprius dei filius, gloriosus domini gnatus, qui tum in statura sua adeo profectus erat, ut prorsus popularibus dominantis ille filius triginta annos etatis habere videretur.

4. Tunc vero Iohannes illius gratia multum populum per totum diem in flumine Jordano illustissimus baptizans quam primum vidi herum suum dominum supremum gavisus est animo.

5. Eum enim desiderabat vir bonus Iohannes, & voce sua magnopere sic ad Christum locutus est. Honorande domine, hominum præstantissime, tu baptizandus ad me venis, qui à te omnium regum potentissimo baptizari debeo.

6. Tum quidem Christus ipse dominus imperabat ei ne his verbis utens amplius loqueretur. Nostrin, inquit ille, quod nos jam decet, dei causa, omnem iustitiam prompte implere? Iohannes ergo in aqua manens ingentem turbam, hominunque Coetum, & eorum omnium optimus dominum Christum, qui Cælorum rex erat, cum manibus suis baptizabant, & baptizatum genu flectens ibidem adorabat.

7. Tum pacificus dei filius, colendusque hominum custos, omnipotens Christus, ut ex flumine venustus ascendit & in ripa pedem posuit, Cæli fores apertæ sunt, & sanctus spiritus ab universitatis rerum domino superne missus in Christum descendit. Similia ille erat juveni pullo nitentis columbae, & sedens super domini nostri humeros morabatur super eum, qui Cæli terræque gubernator erat. Dein vox canora è Cælis auditur veniens è sublimi æthere, quæ Salvatorem ipsum Jesum, regum omnium præstantissimum salutabat dicens, scilicet, quod is erat, quem è regno suo elegerat,

Quat

Quot that im thiie suno licode best allero *gi*-
boranero manno; Quat that hie im uuari al-
lero barno lebost.

8. That muost Johannas allso it quod uuell-
da *gisahan* endi *gihorean*. hie *giveda* it san af-
ter thiue mannon mari that sia thar mahtina
herron haðdun. that is, quat hie, heban-cu-
ninges suno. En alouualban theses uilleo ik
urkundeo uuesan an thesaro uuerolbi.

9. Huand it sagva mi uuord Godes dro-
tines stemna, thuo hie mi dopian hiet uuerol-
an uuatere, so huar so ik *gisauui* uuarlico the-
na helagna gest fan heban-uuange an thesan
midbilgard enjgan man uuaron cuman mid
craftu, that, quat, scoldi Cris tuesan diurlic
drohtines suno, hie dopian scal an thena hel-
gan gest, endi helean manago manno men-dadi.
hie habit tha maht fan Gode that he alatan
mah liubeo *gihuicon* saca, endi sundea. thiit
is selbo Cris Godes egan barn *gumono* besta
fridu uuid fiondon.

10. Uuela that iu thes mag frah muod-hu-
gi uuesan an thesaro uuerolbi, thei iu thiie
uillo gestuod that *gi* so libbeandi thena lan-
del uuard selbon *gisabun*.

11. Nu muot siuimo sundeono los manag
gest faran an Gobes uilleon tionon atomid,
the mid treuuon uiali uuid is uini uirkean,
endi anuualdand Cris fasto *gilobean*, that
scalt te frume uuerthan *Gumono* so huilicon
so that gerno duot.

quod filius ejus erat, quo, præ omnibus qui nati
essent, maxime delectatus erat, & quod ei etiam
esset filiorum omnium charissimus.

8. Hac oportebat Johannem, sicut deus vo-
luit, videre, & audire. Dein protinus homini-
bus, qui omnipotenti domino ibi præsenti gaude-
bant, ea explanavit dicens. *Hic est regis Cœ-
lorum filius, quem, domino dominorum auctore,*
mundo notum facio.

9. Etenim dei verbum, domini vox, cum me
homines baptizare in aqua juberet, hoc mibi di-
xit: *nimirum, quandocunque revera viderem spí-
ritum sanctum de Cœlo cum potentia in aliquem
hujus terrarum orbis hominem certo descendere,*
*quod eum offereret esse Christum gloriosum Des-
pílium, qui baptizabit cum spíritu sancto, & mede-
bitur multorum peccatis. Ille enim potentiam à deo
habet concessam omnibus hominibus dimittendi cri-
mina, & peccata. Hic profecto Christus ipse est,*
*proprius dei filius, hominum excellentissimus, qui
pacifici animi erga inimicos est.*

10. Utinam vobis erga illum amicus hic ani-
mus esset, erga illum cuius voluntas fuit, ut vos
ipsum patriæ fautorem (servatorem) viventes
videretis.

11. Jam multi spíritus, per dei voluntatem
peccatis absolti, & supplicio liberati possunt dis-
cedere, nempe eorum, qui cum amicus fidem ser-
vabant, & in dominum Christum firmiter cre-
dere. Ea enim omnibus proderunt, qui studiose
ea faciunt.

In carminum rhythmicorum tribus his Speciminibus non tantum voces in exemplari conti-
nuo scriptas dividere, sed orationem rhythmicam, quæ etiam absque omni membrorum distinc-
tione scripta est, commatis, colis, & periodis separare visum est, tum quod orationis contextum
distinctionibus notatum commodius possem interpretari; tum etiam ut poëeos stylum asyndetis,
appositione nominum, & verbis participiorum officio fungentibus perturbatum lector magis per-
spectum haberet.

IV. A rhythmicis jam ad pseudo-rhythmica transeamus, quæ certum & definitum numerum
sine quantitate syllabarum obserantes finalium similiter sonantium timitu aures delectant, atque
eo modo veri metri rhythmicæ absentium vices quasi supplent, defectumque pro viribus suis
compensant. *Otfridus Monachus Weissenburgensis, Rhabani Mauri Abbatis Fuldensis auditor &*
*discipulus, volumen quinque librorum in id genus carminibus conscriptum, quibus evangelicam
historiam poëticæ descripsit, ante annum Christi DCCCLXXVI composuit. Volumen istud evangelio-
rum pseudo-rhythmicum à Flacio Illyrico mendose editum Basileæ, Anno MDLXXI. Versione La-
tina, variis lectionibus, notisque illustratum, & mendis omnibus purgatum denuo publicandum
in se suscepit, in Francicus, Goticus, Cimbricus, Anglo-Saxonicus, & Longobardicus versatissimus
Jo. Schilterus Argentoratensis. hujus operis specimen ante biennium in publicum emisit, nempe
Otfredi ad Ludovicum I regem Francie Orientalis, voluminis sui evangeliorum dedicationem;*
*quod Lectori Philo-Teutoni, quoniam poëeos pseudo-rhythmicæ vetustissimum simul, ac aptissimum
exemplum est, hic ponendum existimo. Est autem hoc poema adeo artificiose compositum, ut
cujusque tetraстichi prima & ultima litera sit eadem, principiumque ac finis omnium tetraстi-
chorum eundem infra-scriptum titulum in utroque carminis descendens latere exhibeant.*

LUDOVICO ORIENTALIUM REGNORUM REGI SIT SALUS ÆTERNA.

1. Ludouig ther snello
thes uisduames follo.
er Ostarrichi rihtit al
so Francono Kuning scaL

*Ludovicus alacer,
Sapientia plenus,
Is Orientale regnum (Francicæ) regit omne
Ut Francorum Regi decet.*

2. Vbar frankono Lant gizalt
so gengit ellu sin giuualt
thaz rihtit, so ih thir zellu,
thiu sin giuualt ellV.

*Super Francorum regionem inclutam
Progreditur omnis ejus potestas.
Hoc regit, quod ego tibi recenso,
Omnis sua potestas.*

D d

3. Themo

GRAMMATICA

3 Themo si jamer heili
joh falida gimeini
druhtin ^a hohemo thaz guat
joh ^b freuuemo ^c emmizen thaz muat

*Huic sit semper salus
Atque Felicitas publica.
Dominus accumulet ipsi Bonum
Atque exhibaret ipsi jugiter animum*

4 ^d Hohemo gimuato
jo allo ziti guato,
er allo stunta freue sib.
thes thigge io ^e mannogiliH.

*Accumulet ipsi gratiam
Atque omnia tempora bona (felicia)
Is omnibus horis gaudeat.
Hoc voveat unusquisque.*

5 Oba ih thaz iruuellu
j theih finaz lob zellu
zi thiu due stunta mino
theih scribe dati sinO.

*Etsi ego hoc proponerem,
ut ipsius laudes recenserem,
(E) ad hoc collocarem horas meas
ut scriberem facta ejus.*
